Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

est: Non omnē uidelicet religionē, qua, qui
cuncta creauerit, quiq; omnia gubernet Deū
colatur, esse falsum posse, sed Catholicam veram
esse, quia hac sola ad omnē sit pietatem
propensissima, quia in hac quondam dulcissimis
Spiritū Sancti consolationibū, clarissimisq; eiusdem
testimonijs confirmatū fuerim: quia denique in
ista religione ardentem charitatem cum uera
fide coniunctam ipse olim habuerim, et
alios habere senserim; Euangelicorū uerō
religionē solo nomine esse christianā: quippe
cum in ea nihil ferè nisi Euangeliū eiusq;
ueritas iactetur, interim tamē non aliter
viuatur, ac si de ipsiū falsitate nō dubitaretur:
quae propter maxime istiusmodi hominibus con
uenire, quod uir ille ingenioso de insanis homi:
num studijs ad nepotem scribens suum ait;
Magna profecto insania est, Euangelio nō
credere, cuius ueritatem sanguis martyrum
clamat, Apostolicae resonant uoces, prodigia
probant, mundū testatur, elementa loquuntur,
Dæmones confitentur. Sed longe maior
insania, si de Euangelij ueritate nō dubitas,
viuere tamē, quasi de eiū falsitate non
dubitares. Nam si illa sunt uera, difficillimū
esse